Quelle: https://manuscripta.at/?ID=31300
Copyright: Stams, Zisterzienserkloster

celū et vniuersa natura depēdet. simplicissimā vnitatē. q̄ cognito se toto mētis amore in eū ꝓuertēs nō multo post tpe felici morte q̄escit Anno a natiuitate sua sexagesimo tercio. q̄ climactericꝰ ab astrologis nominat ꝓstās ex septenario numero atq̄ binario septies in se replicatis. quē Chaldei pmo inueniētes putabāt homini multū naturali ob occulti quāpiam fati latentiā periculosum esse Defuncto quidē Aristotele ⁊ multorū inuidia edaci tēpore (vt fit) paululum fores attrita. tāta eius phia paucis labentibus annis cepit autoritate ꝓplecti q̄ Atheniēses ex ea sufficienter pſuasi in honorē vniꝰ dei (quem ignotū appellitabant) statuam publice erigerēt. quā dū armarū legis ⁊ euāgelica tuba paulus xpi apostolꝰ coram gentib̄ nomen dei portaturus Athenis offenderet. illū esse diebus suis pro salute humani generis natū ⁊ crucifixum ⁊ a se quoq̄ scitū illi populo gētili salubriter exponebat ¶ Est preterea in dubium a nōnullis quandoq̄ reuocatū. An Aristoteles de facto fuerit in statu salutis vel dānationis eterne Respondent peritiores. nō esse possibile a q̄q̄ viuēte sciri indubitati hominē vl damnatū iri vel saluari debere nisi singularis dei reuelatio iteruenīat Verūtamē hoc omnib̄ cōstat. Aristotelē multo tēpore legis euangelice precessisse pmulgationē ⁊ sub nature lumine ꝓuixisse Insup a nullo sane mētis doctore negatur quin extra mosaicā legē pleriq̄ in statu fuerīt salutis. sicuti patet de Job ⁊ amicis eius. ⁊ Saba. tertio Regum decimo. ⁊ Naaman syro quarto Regum quinto. ⁊ item de Cyro psarum Rege Esaie xlv. et Dario Esdre sexto. ⁊ de multis alijs qui omnes vt tenet Postillator et ceteri interpretes veteris instrumēti ob cultū vnius dei extra iudaismū in statu fuerunt salutis Lex quippe iudaica deitus data solum Judeos terram promissionis incolētes obligabat. q̄ vt canit Psalmista deus nō fecit taliter oī nationi. ⁊ Amos tercio Tantūmodo vos cognoui. addit glosa. dando vobis legē. Qd autem Aristoteles poterat sub lege nature salutem eterne beatitudinis consequi. non videtur probatu difficile. si modo aduertamus deum pro omni tempore sufficienter generi humano de illo qd ei maxime necessarium erat. imo propter quod homo in hoc erūno so mundo nascat puidisse. qd si quisq̄ negare pſumeret haud pculheresi abesse crederetur. siq̄dem scriptū est Sapientie primo. Sanabiles fecit deus natōes orbis terrarū Et Paulꝰ vas electiōis Timothei secundo clamat Deus vult omnes hoies saluos fieri et ad cognitionē veritatis. i. dei peruenire Insuper nec negatur q̄ misericors deus facienti quod in se est (vtputa vnū recognoscere deuz et ipsum remuneratorē oīm sperare) vnq̄ denegabit eternam retributionē Dic vero phus vitā suam a teneris vnguiculis ad supmā vsq̄ diē. p ea re ⁊ cognitōe veri ⁊ boni electōe flagrās ineffabili stu